② res vel animantia aliena (vi verbi causativa q. d. maxime l. 44 sqq., cf. l. 46. 48): VERG. Aen. 12, 130 defigunt tellure (-i var. l.) hastas et scuta -ant (CORIPP. Ioh. 2, 279 hastis ... s. -ant. cf. p. 371, 60). STAT. Theb. 4, 163 laxos qua -verit arcus (artus var. l.) ilice. 9, 369 prona -at corpora mortua, sc. ut facies videat (in eadem re 12, 289 supinat). APVL. met. 4, 35, 4 Psyche aura Zephyri vallis ... gremio ... delapsam -at. 10, 21, 3 capistro ... me Lucium prehensum ... -at (de -var. l.) facile. VET. LAT. Luc. 2, 7 (cod. 5. al. et VVLG.) Maria peperit filium ... et -vit eum in praesepio (gr. ἀνέκλινεi, cod. 4. al. posuit, 3 conlocavit [sim. 2]). 9, 14 (cod. 5) -ate eos discubitiones, sicut quinquagenos (gr. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας, cod. 2 facite eos recumbere convivia eqs. [3 per c.], 4. al. et Vulg. discumbere per c.; i. acc. dupl., ut vid.). 12, 37 (ibid.) dominus reversus -vit eos servos vigiles (gr. ἀνακλίνεi, cod. 2 recumbere eos faciet, 4. al. iubet illos discumbere, sim. al. et Vulg.). CHIRON 400 si eum equum -a[n]s in ventrem, sufferre se non potest (Hippiatr. gr. I p. 198, 20 κατακλινόμενος). HIER. in Os. 10, 11 l. 354 in sulcos terram -are, sc. arando. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 315 ut puer eum Samson ad columnas -ret (declinasset var. l.).

β pass. (mediopass.): CAES. Gall. 6, 27, 3 ad eas arbores se adplicant alces atque ita ... -tae quietem capiunt. HOR. carm. 2, 3, 7 te in ... gramine ... -tum bearis vino. SEN. epist. 36, 9 solet obrepere ... somnus in aliquod adminiculum -tis. PETRON. 39, 2 Trimalchio -tus in cubitum. PLIN. nat. 29, 40 candido ovorum in oculis ... pili -antur eqs. QVINT. inst. 11, 3, 132 oratorem -ari ... ad suos et manibus sustineri ... delicatum est (relinari var. l.; antea: inclinari ad iudicem; incumbere advocato). PASS. Mar. Iac. 8, 1 in somno ... -tus. AMBR. Iob 3, 3, 7 qui ... Christo commoritur ..., cum illo non solum -atur, sed etiam resuscitatur. HIER. hom. Orig. in cant. 2, 4 p. 49, 11 in eo grabato. in Ezech. 11, 2 p. 425, 11 (ad parabolam 17, 3 sqq.) in qua arbore -ta vitis fuerat effecta. VVLG. iud. 16, 26 (Samson puero) dimitte me ..., ut -er super eas columnas. CONC.^s I 5 p. 308, 17 Iohannes dignus ... in dominico pectore -ari (gr. I 1, 4 p. 12, 30 κατακλιθήναι). CAEL. AVR. act. 2, 29, 149 ut aegroti -to leviter thorace collocetur. chron. 1, 1, 38 suco ... -to capite ... infuso in narem (SORAN. p. 85, 10 plus ... -to intus c. fetus. CASSIOD. Ios. antiq. 20, 58 p. 576 flens c. -to deorsum [gr. τῆ κεφαλῆ κάτω νεύων]. cf. l. 17sq.). CASSIOD. var. 8, 16, 3 (in imag.) hoc baculo -batur. PALLAD. hist. mon. II 1 p. 345^b super mattam -ari (gr. p. 17, 19 ἀναπεσεῖν). al. respicitur qui flexis sim. genibus summissus est: ORIBAS. syn. 9, 31, 3 La p. 335 inicis in ienucola (i. gen-) -tos (restituimus, reclivatus cod.; gr. ἐν γόνασι κλίνονας).

b quod flectendo sim. vitatur (si recte intelleximus; cf. infra p. 373, 12 sqq.): SERM. Rev. Bénéd. 57, 1947, 123 l. 47 sq. (Christus in caelum sub-

vehitur nube et vento) non nubes -to sidere (*i. sole*) in dextra aut leva succubuit, nec ... ventorum ... alacritas -to climate (*i. caelo*) elanguit.

2 intrans. (cf. l. 37): EPIPHAN. in euang. 50 p. 126, 1 (*explicat Luc. 9, 58, v. p. 372, 21*) -are ... requiescere est. VEN. FORT. carm. 6, 5, 29 tum virgo matris collecta sinu ... -ans. vita Germ. 75 ad requiem. vita Radeg. 5, 14 cum principe. vita Sev. 2 lectolo. DIFF. ed. Beck p. 30, 18 accumbere est ad quietem -are, discumbere ad epulas -are, decumbere in infirmitate -are.

B translate: **1 trans.** (*reflexive l. 19, 29*): **a non indicato loco:** -at, qui (quod) facit, ut quis requiescat: HOR. epod. 17, 24 nullum a labore me -at otium. MANIL. 2, 797 quo cardine caeli defessus equis Phoebae subsistit anhelis (-atque (*Housman, de-codd.*) diem mediasque examinat umbras. -at, qui quid recusat, vitat (cf. A1b): VIGIL. TRID. ad Ioh. 1. 1. 10 sqq. Iacobus comitivam -turus in Christi comitibus dignitatem ..., (l. 12) '-turus' dixi, quia deponi non potest, quae apud dominum dignitas cumulat.

b indicato loco; pro obi. est id: **α quod alicubi nititur, sustentatur, adiuvatur** (-ando efficitur, ut malum pendeat alicunde, l. 31): SEN. dial. 6, 2, 3 cui Marcello Augustus ... incumbere coeperat, in quem onus imperii -are. 12, 2, 5 ubi se dolor tuus -ret liberis absentibus (cf. HEGES. 1, 44, 1 supra quos filios rex patrium animum -bat. v. etiam l. 39). AMBR. in psalm. 1, 23, 2 (*ad I, 1*) in hac ... sede vitiorum prohibet scriptura nos cervicem reflectere viresque totius corporis -are (*an ad β?*). 118 serm. 3, 7, 2 donec Christus ... -et caput suum in ecclesiae fide (*postea respic. Matth. 8, 20, v. p. 372, 20*). HIER. hom. Orig. in cant. 2, 9 p. 54, 19 (*ad 2, 6*) ut -etur animae principale super sermonem dei. OROS. hist. 4, 12, 13 in hoc pausillulum otii (*sc. pacis*) ... gaudia vel ... studia -antur. VEN. FORT. carm. 6, 2, 51 laetus in heredis gremio sua vota -ans floruit ... spe senex. GREG. M. in Ezech. 2, 3, 14 mentes audientium fulgorem claritatis intimae, in qua -entur, inveniunt. moral. 8, 74 ad hanc delectationem se intra animum -at hypocrisis. CE 704, 15 (*saec. VI¹, nisi med. aevi*) participes ... mali, facinus qui in fata -ant. **β quod in statum, locum bonum (e malo) vel malum (e bono) sim. redigitur, avertitur** (cf. l. 38): ANIAN. Chrysost. hom. 17, 7 p. 147, 2 noli ... in otium -ari (-are var. l.; gr. p. 263 ἀναπαύσης). OROS. hist. 6, 21, 21 Cantabrico bello ... acto totaque Hispania in aeternam pacem ... -ta ac reposita. GREG. M. moral. 7, 46 cum ... bonorum spes firma est ... et nequaquam malis exterioribus ad ima -atur.

2 intrans. (cf. var. lect. l. 33): VET. LAT. Sirach 9, 13 ne forte -et, cor tuum in illa muliere aliena (*l. cod. unus, de-cett.; gr. ἐκκλίνη*). VEN. FORT. carm. 6, 5, 69 filiā mortuā ubi maesta -em? Mart. 3, 182 quo fessa -em filio mortuo?

II vis praeverbii spectat ad actionem eius, qui (quod) se erigit, declinationem, reflexionem suam tollit, et obviam se movet (cf. p. 371, 1 sqq.; *pertinet ad homines [non nisi refl.] praeter l. 50*): VET. LAT. Iob 10, 15 (*Ambr. bon. mort. 3, 12*) non potero me -are (*gr. ἀναζώναι, Vulg. non levabo caput*). AMBR. Iob 3, 3, 7 (*antecedat p. 371, 4*) quando ... laboramus et incurvamus ad opus ... atque inclinamur, nos -are consuevimus; peccatores ... (se -are, non possunt ...; non enim se erigunt ad caelestia (*l. in imag.*)). 3, 3, 8 (*ad Luc. 16, 22; in imag.*) dives in tormentis in inferno positus se -are non poterat. MACR. Sat. 1, 23, 19 simulacrum deae sursum versum -tis radii insigne (*opp. radii inclinatis*).

deriv.: reclinatio, reclinator, reclinatorius, reclinis (-us).

reclinus, v. reclinis.

[reclivis, -vus falso vel in falsa var. l. pro reclinis (-us), v. p. 371, 26.]
[reclivo, sc. p. p. -ātus, vix recte trad. p. 372, 73.] Schafer.

***reclūdo, -clūsī, -clūsum, -ere** (-clau- v. l. 57 sqq.). a re- et claudere. scribitur fere -clu- (*ad verbi simplicis syllabam -clau- in -clu-versam referre vid. FEST. p. 277*), sed forma -clau- recomposita q. d. sola trad. GREG. Tvr. glor. conf. 99 vit. patr. capp. 10. al. EPIST. Austras. 40, 7. VEN. FORT. vita Pat. 9, 29 (*sed -clu- 14, 41*). CORIPP. Ioh. 3, 118. 164. GLOSS.¹ I Ansil. RE 171 sqq. (cod. Paris.). al., in var. l. codd. vetustiorum IUVENC. 1, 593 REGVLA mag. 30, 2. 90, 17, recentiorum COLVM. 6, 12, 5 ITIN. Anton. Plac. rec. A 20, 7. al.; utramque script. testatur GLOSS.¹ V Abba RE 24. NOT. Tir. 50, 77 sq. -it. -sit. de prosodia: prima syllaba fere corripitur, sed producitur PLAVT. Capt. 918 (reccl- Lindsay, 1900, ad l.). LVCR. 3, 366 VERG. georg. 2, 175 OV. met. 8, 41. al. de notione et differentia: CLEDON. gramm. V 75, 14 sqq. praeverbium significationem interdum contrariam facit, ut 'cludo -o' ...: nam 'cludere' est claustra constringere, '-ere' aperire. DIFF. ed. Beck p. 38, 86 'aperimus' exigua, tamquam fenestras; '-imus' maiora, ut portas. SYNON. Cic. v. vol. X 1, 193, 39 sq. 652, 3. GLOSS. -it: inpellit (rep- var. l.) vel denuo claudit. -sum: apertum vel inclusum (cf. SERV. auct. p. 374, 44). II 228, 18 ἀνοίγω: aperio ..., patefacio (-tio cod.), -o, resero. 237, 42 ἀποκλείω: -o, praeccludo. GLOSS.¹ I Ansil. RE 171 sqq. (cod. Paris.). -it: reserat. dimovet. operit. velat. circum[hi]it. 176 sq. -sus: opertus. circumclusus. V Abba RE 92, retrudit; -it (-it: r. var. l.; l. -det trad.). al. legitur in versibus apud PLAVT.,

ENN., LVCR., VERG., HOR. al. (*sc. imprimis in hexam. dactylicorum fine*), in orat. soluta inde a SEN. utroque, COLVM. [it. richiudere (*nisi est recompos. linguae it. proprium*), francog. reclure, prov. recluir; francog. reclore, cat. recloure composita vid. cum verbis indigenis a claudere ortis; de notionibus v. infra sub IIA (*imprimis p. 376, 44 sqq.*). cf. M.-L. 7124 et Faré, Postille. Cortelazzo-Zolli² 1363. Wartburg X 154 sq. Coromines II 776. Schd.-Cr.] [restit. pro reducere OV. met. 9, 74 MANIL. 4, 916 (*e con. dub. CATVLL. 55, 11, v. app. crit.*); vix huc pertinent VARRO ling. 5, 133 (*v. p. 2, 7*). AMM. 16, 10, 1, quam -so, Iani templo (quasi cluso Heraeus).]

I vi praeverbii ad notionem removendi status clausi sim. spectante: **A fere i. q. aperire, sc. clausa, saepta, obstructa sim.** (*pro syn. est aperire l. 16. p. 375, 4, reserare l. 33. 46, opp. claudere l. 35. 38. 52. al., obstruere l. 20; accedit dat. incommodi l. 34. 64. 66. p. 375, 24. al.*):

1 strictius: **a corporaliter** (*saepius in imagine, e. g. l. 18, 29*):

α absolute: PLAVT. Most. 452 nemo in aedibus servat ..., qui -at. 937 heus, -e; heus, ... etiamne aperis? Poen. 729 si pultem, non -et?

β cum obi.; -untur: **Ⓛ varia:** PLAVT. Capt. 918 parasitus cellas refregit ... -sitque armarium. VERG. georg. 2, 175 (*poeta de se; in imag.*) sanctos ausus -ere fontis Musarum (*inde sim. COLVM. 10, 435. cf. AMM. 22, 12, 8 Iulianus venas ... Cast[r]alium -ere cogitans fontis, quem obstruxisse ... dicitur Hadrianus*). CALP. ecl. 2, 96 -e canalem et sine ... irriget hortos (*sublucet Verg. ecl. 3, 111 claudite iam rivos*). STAT. Theb. 9, 193 coloni ... ora leonis infecti -unt (APVL. apol. 8, 7 crocodilli. aliter p. 375, 71). PS. QVINT. decl. 13, 3 -sas ... scrutari apium domos (*cf. l. 47*). APVL. met. 3, 21, 4 arcula ... -sa. MART. CAP. 3, 261 'b' labris per spiritus impetum -sis edicimus. 8, 805 (vers.) -sis ... videns ocellis (*cf. l. 29. 30; aliter p. 377, 15*).

Ⓜ portae, aditus sim.: PLAVT. Rud. 413 ecquis in villa est? ecquis hoc, -it? (*l. om. pars codd.; fere subauditur ostium, quod occurrit: LVCR. 3, 366 ostia oculorum ... -sa [cf. l. 30]*). SIL. 13, 588 o. Ditis. LVCR. 3, 360 per eos oculos animum ut foribus spectare -sis (OV. met. 7, 647. PHAEDR. app. 15, 16 paulum. LVCAN. 3, 154 magno ... -sas ... stridore f. [cf. 153 patuerunt templa]. PETRON. 16, 2. et saepe). VERG. Aen. 7, 617

inducere bella ... tristisque -ere portas Iani ([syn. 613 reserat]. 9, 675 [pendet MACR. Sat. 5, 11, 29]. PROP. 3, 19, 24 fraude. OV. met. 8, 41 hosti. 14, 781 [opp. clauserat]. al.; p. p. de statu aperto: STAT. Theb. 1, 385 Polynices -sis infertur p. Argorum [SCHOL. signum est pacificae civitatis]).

OV. fast. 1, 277 (*ad Ianum, sc. pro eius porta positum*) cur pace laetes motisque -eris armis? (*opp. 282 clausus ero*). LVCAN. 5, 531 poste -so. VAL. FL. 4, 231 (*in imag.*) praemia pugillationis ... manes -saque ianua leti (APVL. Plat. 2, 25 p. 257 ne huiusmodi hospitia succedant, ut ceteris non reclu(sa) sit i. [em. Thomas coll. Plat. rep. 416^p]. al.). STAT. silv. 3, 1, 8 (*de Hercule in aede neglecta culto*) -si, liminis et parvae custos inglorius arae (*l. fere pro adi., cf. l. 35*). al. **Ⓜ aedificia, cubicalia sim.:** VERG. Aen. 3, 92 visa est mugire adytis cortina -sis ([SERV. auct. -sis: nunc

apertis, alias denuo clusis]. STAT. Theb. 10, 725. AMBR. in Luc. 5, 48 [*in imag.; respic. Matth. 5, 2*] -sis a. templi sui ora reseravit Christus). HOR. epist. 2, 1, 103 -sa mane domo vigilare (*in imag. respic. arcana: PLIN. paneg. 83, 1 fortuna principum ... non domus modo, sed cubicalia ipsa*

intimosque secessus -it omniaque arcana noscenda famae proponit atque explicat. cf. l. 24 de alveariis). OV. epist. 8, 17 siquis rapiat stabulis armenta -sis. S. C. de Pisone 63 (*inter crimina*) quod -serit (-serunt CIL II² 5, 900, 52) deorum ... templa, quae totius imperi R(omani) ... pietas clauserat, sc. Germanico mortuo (STAT. Theb. 7, 412). STAT. silv. 5, 2, 165 (*in imag.; ad iuvenem in castra proficiscentem*) Domitianus aquilas tibi nunc et castra

-it. TAC. ann. 4, 70, 3 quo minus novi magistratus, quo modo delubra et altaria, sic carcerem -ant, sc. intrantibus (VEN. FORT. vita Germ. 61 sancti viri pecibus). al.

b incorporaliter -untur, quae (qui) facilia, propensa redduntur: AMM. 15, 3, 3 Constantius ... -so pectore patebat insidiantibus multis (*cf. 29, 1, 20 Valens erat ... expositus accessu [dat.] insidiantium et -sus*).

2 laxius -untur: **a varia, quae rescinduntur, dissolvuntur sim.** (*ita ut evanescant, ad nihilum redigantur e. g. p. 375, 10. 18*):

α corporaliter: **Ⓛ -itur terra, solum sim.:** VERG. georg. 2, 423 tellus dente -itur unco (HOR. carm. 2, 18, 33 aequa t. pauperi -itur regumque pueris [*i. mors est omnibus communis; vergit ad ba*]). MANIL. 4, 642 pontus sibi ... -sit (-sus trad.) faucibus abruptis, i. abrumpendo ortis, orbem (*cf. 645 vetitus, totam ne vinceret aequore terram*). SIL. 13, 406 -sae ... abdere terrae ... cruorem hostiarum (MACR. Sat. 5, 19, 18 -sa t. est [antea: dehisceret]). 13, 479 -sa nudos mortuos Garamantes harena infodiunt. TAC. ann. 2, 25, 2 humum. **Ⓜ -itur animantis corpus vel pars corporis** (*cf. p. 377, 17*): VERG. Aen. 4, 63 pecudum ... -sis pectoribus (*sc. ab extispice ut PETRON. 137, 11 [cf. etiam p. 375, 6]. ceterum:*

VERG. Aen. 10, 601 pectus hostis mucrone -it Aeneas. HOR. epod. 17, 71 ense. SEN. Tro. 1001 ferro. STAT. Theb. 5, 252. aliter l. 59). OV. met. 7, 285 stricto Medea -it ense senis Aesonis iugulum (-sit, recidit var. ll.). 9,

[Rey]

74 (loq. Hercules) hanc hydram ... domui domitamque (-si, (sc. ad sagittas veneno tinguendas, cf. Apollod. 2, 80 ἀνασχίζας.) Merkel vix recte sepulturam intellegens; reduxi fere trad.). COLVM. 6, 38, 2 suppuratio ferro -sa (cf. Tac. hist. 2, 77, 3 [in imag.] aperiet et -et contacta et tumescencia victricium partium volnera bellum [nisi ad B1b]). SIL. 1, 120 -it spirantes artus hostiae ... sacerdos. p. p. p. neutr. plur. pro subst. de partibus corporis laesis (an de ipsis laesionibus, ut locus ad C pertineat?): COLVM. 6, 12, 5 (e Celso) possunt lillii radix ... vel marrubium ferro -sa sanare. ③ cetera exempla: VERG. Aen. 12, 924 hasta oras ... -it loricae et clipei extremos ... orbis. Ov. met. 14, 400 Circe tenuerat auras passage erat nebulas ventis ac sole -i ([resolvi var. l.]). BOETH. c. Eut. praef. l. 35 M. [in imag.] veritas ... quaerenti omnes n. Eutychniani -sit erroris). VET. LAT. sap. 5, 12 sagittā divisus aër continuo in se -sus est (gr. ἀνελύθη, Ambr. hex. 1, 7, 25 resolutus est). IV Esdr. 15, 39 superinvalescent venti ... et -ent eum sidus et nubem, quam suscitavit in ira (repellent var. l.; de retrudent cogitat James apud Bensley, The Fourth Book of Ezra, 1895, p. LXXI).

β incorporaliter: HOR. carm. 1, 24, 17 Mercurius non lenis precibus fapi -ere. SEN. clem. 1, 13, 5 homines sub principe clementi tollere filios cupiunt, et publicis malis indicta sterilitas -itur (praecel- Walter, alii aliter).

β regiones et varia, quae quibuslibet impedimentis sublatis patefiunt ad commeandum, penetrandum, adeundum (cf. altaria p. 374, 56, aquilae p. 374, 54): α -itur sedes mortuorum (nondum natorum l. 27; huc vergit p. 374, 64): HOR. carm. 3, 2, 21 virtus -ens immeritis mori caelum (aliter l. 34, 49). SIL. 13, 523 (Sibylla Scipioni) non optanda -is regna (cf. 522 aperi. paulo aliter l. 51). 13, 864 cum sede -sa hac (hinc Blass) ... erumpent Pompeius et Caesar. STAT. Theb. 5, 156 Acheronte -so ... venere deae Stygiae. silv. 2, 7, 111 (ad Lucanum defunctum) pacis ... nemo -si ... Elysii tenes in oris (-sum ... Elysiis Markland). β cetera exempla: SEN. suas. 3, 2 (Agamemno ad deos) sic, sc. Iphigenia immolata, -suri estis maria? SEN. Thy. 375 qui reges Caspia fortibus -unt iuga Sarmatis. dial. 11, 15, 5 Drusum ... intima Germaniae -entem. CLAVD. 26, 197 -sis Alpius. PAVL. NOL. carm. 26, 227 (respic. I reg. 17, 1 sqq.) Eliae precibus clusum atque -sum caelum, sc. pluviis.

β fere i. q. emittere, deponere, revelare sim., sc. inclusa, abscondita, tecta (pro syn. est aperire l. 61, reserare l. 51. 60, opp. occultare l. 64, premere l. 63; indicatur, unde obi. -atur, per abl. separ. l. 41, praepos. ex l. 46; accedit dat. l. 43, in finale l. 47): 1 corporaliter (in imag. l. 40, 47) -untur: α varia (hucine p. 376, 7?): ENN. scaen. 271 (loq. Medea; in imag.) Creon mi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem -am. VERG. Aen. 1, 358 Sychaeus fugam parans auxilium ... viae veteres tellure -it thesauros. 4, 646 Dido consendit ... rogos enseque -it (9, 423. CYPRI. GALL. exod. 526 iugulis nostris [dat.; cf. exod. 15, 9]. CORIPP. Ioh. 3, 164. cf. HOMER. 728 mucrone -so). STAT. silv. 2, 4, 32 quo psittaco ... -so (de quo cf. 6 errantem ... toris). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 66 declinante accessione, hoc est cum e visceribus -sus fervor ad superficiem corporis ... venerit (cf. l. 3, 35). SIDON. carm. 23, 5 ultro in carmina tu tubam -ens ... versibus me citasti. β quae visui exhibentur, perspicua fiunt sim. (hucine l. 4?): VERG. georg. 4, 52 ubi sol ... caelum ... aestiva luce -sit (MANIL. 1, 704 orbita lactea nitet ... ceu missura diem ... c. que -ens). Aen. 8, 244 si terra dehiscens infernas reseret sedes et regna -at pallida (IVVENC. 1, 593 [cf. Matth. 6, 10] mundo adveniat r. que tuum lux alma -at [redundat al. var. ll.]. cf. l. 26). MANIL. 4, 916 faciem caeli non invidet orbi ipse deus vultusque suos corpusque -it volvendo (reduci fere trad.). STAT. Theb. 7, 472 novo Titane -sum aequor.

2 incorporaliter -untur: α quae revelantur, nota fiunt (cf. vi corp. nondum detersa l. 40): HOR. epist. 1, 5, 16 aperta -it ebrietas (cf. sat. l. 4, 89 condita ... aperit praecordia). Ov. met. 14, 776 arcis ... via -sa (sc. prodita; aliter l. 74, p. 377, 21). 15, 144 (loq. Pythagoras) -am aethera et augustae reserabo oracula mentis. MANIL. 1, 40 natura ... se ... ipsa -sit. SIL. 1, 19 causas irarum ... aperire ... superasque -ere mentes (TAC. ann. 6, 6, 2 si -antur tyrannorum m., posse aspicere laniatu). TAC. ann. 4, 71, 3 Tiberius dissimulationem diligens eo aegrius accepit -i, quae premeret. 16, 32, 3 quidam fuit subdolos, avaritiam ac libidinem occultans; quae postquam pecunia -sa sunt eqs. PLIN. epist. 6, 31, 2 principis iustitiam, gravitatem, comitatem in secessu quoque, ubi maxime -untur, inspicere. al. β qui absolvuntur, excusantur: CHRYSOST. hom. V 897^A serpens in paradiso peccatum suasit, Hevam poenitentia -sit (cf. 897^D quod peccatum clausit, poenitentia reseravit).

γ i. q. aperiendo efficere, sc. hiatus, vias sim. (fort. huc l. 8; aliter p. 374, 27 sqq.): Ov. fast. 1, 269 (loq. Ianus) ora ... fontana -si (aliter p. 374, 23). SIL. 13, 424 se ... rupta tellure -it ... specus Stygius (cf. TAC. ann. 11, 20, 3 Curtius Rufus -serat specus quaerendis venis argenti). 14, 522 perrumpunt Itali, qua caedes prima -sit ... viam (PLIN. paneg. 29, 2 Pompeius -sit vias, portus patefecit).

II vi praeverbii ad notionem a fronte removendi, recondendi sim. spectante fere i. q. includere, abscondere sim., sc. prompta, publica sim. (refl. l. 40. 42. 45 sqq., obi. suppl. e contextu l. 36; pro syn. est claudere l. 8, incl(ayudere l. 16. 42. p. 377, 2, obtegere p. 377, 5, separare l. 15; de struct. v. l. 17 sqq.): α corporaliter -untur: 1 animales (fere homines; deus l. 13, animalia l. 7 sqq.): α varia in re: α non indicatur ubi vel quo: CALP. ecl. 5, 24 greges in pascua mitte -sos ([mittito clausos dett.; cf. 103 cum pecudes extremus clauserit annus. an -sos praedictive accipias, ut ad IB1a pertineat?]. item -untur animalia: CHIRON 302 [de iumentis rabiosis ut 982]. VVLG. exod. 21, 29 si bos cornipeta fuerit ... nec dominus eius -sit eum). TERT. idol. 17, 3 Christianus munere publico fungens neminem vinciat, neminem -at aut torqueat. PORPH. Hor. carm. 2, 19, 14 Pentheus vi(n)ctum Bacchum -serat. LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2, 2 ut iterato -si sumus. IVST. 1, 9, 16 singulae separatim -antur paelices regiae. VVLG. lev. 13, 4 -et eum leprosum sacerdos septem diebus (cf. 3 separabitur, 5 includet; sim. 13, 21. al. ibid.; cf. l. 72). al.

β indicatur ubi vel quo (-it ipse carcer l. 43): ① per praepos. in: cum abl. (cf. l. 68. 71. al.): VET. LAT. sap. 17, 15 (spectat ad exod. 10, 21 sqq.) custodiebatur in carcere ... -sus Aegyptius ([gr. κατακλεισθη-εις]. in imag. pro tenebris; aliter: HIER. in Ier. 6, 30, 3 Hieremiam non in c., sed in vestibulo -i. al.). LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2, 1 -si sumus in duobus cellis (CAES. AREL. reg. mon. p. 154, 3). CASSIOD. Ios. antiq. 4, 90 (cf. num. 21, 25) in quibus civitatibus valde munitis cum -si fuissent Amorrei (gr. ἀπτοῖς ... εἰς ταύτας [sc. urbes] συνδωχθεῖσιν). VEN. FORT. vita Pat. 14, 41 ut regi in carro cooperito -sus occurreret Paternus. al. cum acc. (cf. l. 66): VET. LAT. Matth. 11, 2 (cod. 9) Iohannes ... [cum -sus esset in carcerem], audiit de operibus Christi ([gr. ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, cod. 6. 10. al. in carcerem], 11. al. et Vulg. in vinculis]. IVST. 26, 1, 7 uxores exulum in c. -untur. LVCIF. non parc. 18 l. 37 propter ... fidem. et saepius). IREN. 4, 6, 5 eos infideles ... in tenebras (-bris var. l.) ... iuste -et deus (LVCIF. non conv. 5 l. 40 -si in t. custodimur). HIL. coll. antiar. p. 53, 23 aliquos in custodiam. al. ② per abl. nudum: CE 1342, 2 (Romae; saec. II ex.) quidam -sus castris inopia morte perit (cf. Bang, Hermes 53, 1918, 211 sqq.). MIN. FEL. 25, 12 pullos cavea -sos. FORTVN. AQLV. in euang. 3 l. 6 Iudaei discipulis ... graves tribulationes inflixerunt carceribus -endo (LVCIF. non parc. 32 l. 40 -ere c., ... interficere eos Christianos. HIER. epist. 58, 5, 4 urbe quasi c. al.). al. ③ cetera exempla: CARM. Année Épigr. 1990 n. 821 (e Pannonia; saec. III ex. vel IV in.) filia mortua iacet sub saxo -sa. IORD. Get. 162 Vandali et Alani a Galliis ... fugientes Spanias se -serunt (recus(-s), secedunt var. ll.). 210 nisi se suosque ... intra staepta castrorum ... -sisset Attila. EPIST. Austras. 40, 7 (antea: Autharit se in Ticeno inclauserat) eius exercitus per diversa se castella -serat. REGVLA mag. 90, 17 si carcer nos pro deo tenebrosus -at.

β in vita monastica respiciuntur, qui se in cella sim. solitaria includunt: α refl.: PASCHAS. verba patr. 28, 1 quidam fecit sibi ... monasterium et -sit semetipsum (gr. Cot. p. 568^A ἐνέκλεισεν ἑαυτόν). GREG. Tvr. Franc. 9, 40 p. 466, 14 quaedam petiit, ut se in cellolam secretam -ret (cf. postea: volo me ... ab hac frequentia congregationis totius amovere). VEN. FORT. vita Radeg. 12 se sancta deliberavit -ere. al.

β (medio)pass.: CASSIOD. hist. 8, 6, 1 fuit ... illo tempore ... Acepsemas in cella -sus (gr. Theodoret. 4, 28, 1 κατέκλειστο). GREG. Tvr. Franc. 2, 37 p. 86, 18 Maxentius abba, -sus in monasterio suo ob dei timore(m). 6, 29 p. 297, 15 puella quaedam ... petiit, ut -si permitteretur (antea: in qua cellula inclauderetur). glor. conf. 85 vir sanctus quidam non ... usquequaque -sus (clausus cod. unus) erat, hoc est non egrediebatur e cellula, sed, qui voluisset, videbat eum in cellulam. VEN. FORT. vita Pat. 9, 29 abbas Paterno imperans, ut nec -sus esset tam ardue neque virorum ... conloquio se fraudaret. VITA Genov. rec. A 34 (sim. B 32) sola in cellola -sa soli deo ... vacabat. al. p. p. p. pro subst. masc. (fem. l. 63): CONC. Aurel. a. 533 p. 101 l. 54 abbates, martyrii, -si vel presbyteri apostolia dare non praesumant. GREG. Tvr. Franc. 6, 6 p. 272, 4 Hospicius -sus magnae abstinentiae (cf. cap. 6, 6 p. 264, 4 de sancto H. -so et abstinentia ... eius). 6, 8 p. 277, 7 Eparchius -sus Ecoliesinensis. 9, 40 p. 466, 11 erat ibi tunc -sa quaedam. cap. 5, 7 p. 190, 17 de Senoch -so (cf. 5, 7 p. 204, 3 in cellulam ... se movit). glor. conf. 101 Iunianus -sus. al. apud eundem.

2 res (cf. p. 377, 11): VLP. dig. 42, 1, 15, 12 pecuniam ... in arcam -sam (MAX. TAVR. 59, 1 in loculos). PAVL. dig. 47, 2, 21, 6 una ex pluribus rebus ... in horreo -sis. IREN. 3, 14, 3 l. 107 (respic. parabola Luc. 12, 16 sqq.) dives -sit, quae ei nata fuerant. PORPH. Hor. carm. 2, 14, 26 quae vina hic Postumus ... servaverat -sa. PALLAD. 4, 10, 33 ficus recentes ... in novo vaso fictili ... -unt quidam. VVLG. lev. 13, 50 qui consideratam vestem lepra contaminatam -et septem diebus (sim. 13, 54; cf. l. 15). CORIPP. Ioh. 3, 118 hostes praedam ... rapiunt raptamque, -unt (Bekker, rapiuntque cod.). ITIN. Anton. Plac. rec. A 20, 7 (5 procedente(m) sanctam cruce(m) ... de cubiculo suo) post -sa cruce eqs. PLIN. phys. Sang. p. 196

1.27 muscam ... -es in lupino aureo (cf. de eodem medicamento Ps. Theod. Prisc. add. p. 276, 4 inclusis).

B incorporaliter: COMPVT. Carth. 2, 10 qui dies circuli paschalis ... ita determinati noscuntur, ut ... certum in se -sum numerum consi[n]gnassent. ALC. AVIT. carm. 6, 580 facinus ... -sum pandere et obiectas ... producere fraudes.

III vi praeverbii ad notionem vel status clausi denuo effecti vel recondendi sim. (cf. II) spectante fere i. q. (denuo) claudere, obstruere, sc. patentia, pervia sim. (speculum pro receptaculo STAT.; in imag. l. 20):

STAT. silv. 3, 4, 98 'vultus hic, sc. in speculo, ... relinque'; sic ait Amor et speculum -sit, imagine rapta (i. se- pars edd.; locus multis suspectus, si recte trad., minus probabiliter etiam ad p. 376, 66 trahi potest). ACT. Arv. Alex. Sev. (CIL VI 37164) I 7 aedis osteis -sis (opp. 6 ianuis a(p)ertis. cf. a. 240 [ed. Scheid 114] II 25 osteis clusis). PS. CYPR. adv. Iud. 4, 6 corda optusa et oculi -si Iudaeorum, qui Christum interfecerunt. CHIRON 659 corrigiam ... (constringebis, ut venas ungulae omnes -as (-es cod. Basil.), propter viscationem (i. c. et venas ... -es Fischer in plagulis, ut locus ad p. 374, 70sq. pertineat). APIC. 4, 5, 3 cucurbitas ... decidas et excavas ...; cucurbitas impletas ... -is. 7, 8, 1 lumbuli aperiuntur ... ita, ut expansi sint ...; lumbuli -untur [ass]i et consuuntur. COD. Iust. 6, 51, 1, 1a (in imag.) testamentorum conditores vias -entes, quas lex Papia posuit.

IV vi praeverbii ad notionem retro agendi, repellendi spectante fere i. q. excludere, remove, recusare (indicat, unde obi. -atur, praepos. ab l. 33sq., cui -atur, dat. l. 38sq.; syn. est denegare l. 39, recusare l. 29, opp. admittere l. 36, aperire l. 38, sumere l. 30): **A corporaliter:**

MARCELL. dig. 8, 2, 10 ita ... obscurare ... aedes conceditur, ut non penitus lumen -atur, sed tantum relinquantur, quantum sufficit (cf. Paul. dig. 7, 1, 30 ut non in totum aedes obscurantur, sed modicum lumen ... habeant). VINDIC. med. 17 cor ..., si quid aëris per superficiem cutis venerit, recusat atque -it (opp. sumit). CASSIOD. hist. 5, 34, 18 aliqui in concilio ... alios loqui prohibuerunt, alios -serunt invitos (gr. Socrat. 2, 40, 9 ἀπέκλεισαν). **B incorporaliter:** COD. Iust. 6, 51, 1 pr. et nomen et materiam caducorum ... ab orbe Romano -ere. 6, 58, 14, 3 qua ratione fratris filius ad successionem patruum vocatur, germana autem eius ab eadem successione -itur? 7, 31, 1 pr. usucapionem in Italicis quidem solis rebus admittere, in provincialibus autem -ere. INST. Iust. 3, 2, 7 praetores ... ex cognatorum ordine eos vocabant (sc. ad successionem), utpote adgnationis iure eis -so. *ibid.* satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc adgnatis esse -sum (syn. denegandum).

p. p. p. reclūsus, -a, -um fere pro adi. p. 374, 36. 42, pro subst. masc. vel fem. p. 376, 59, neutr. p. 375, 6.

deriv.: reclusio, ?recluso, ?reclusura.

reclūsio, -ōnis f. (-clau- v. l. 53). a recludere. i. q. actio vel effectus recludendi, sc. corporaliter: **1 claudendi (obstruendi CHIRON):** CHIRON 213 stercora procurant usque ad longaonis cataclidem (i. κατακλειδα, sc. valvam ileocaecalem), ubi fit -o, intestini maioris (i. praee- Heraeus dubitanter in schedis nostris; cf. 214 praeclosurem, Veg. mulom. 1, 42, 1 cum intestina maiora praecloserit humor). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 8 oculus siagoni paralyti vitio vicinus non valebit perfectam facere -em conducto inferiore palpebro (vix de aperiendo oculo). **2 includendi (sc. in cella sim., cf. p. 376, 44):** GREG. TVR. Franc. 6, 8 p. 278, 27 Eparchius post XLIII ... annos -is suae ... tradidit spiritum. 8, 34 p. 403, 18 puer quidam petiit sibi ad -em (-clau- var. l.) licentia(m) tribui. ISID. reg. monach. 19, 2 nullus monachus separatam cellulam ... sibi expetet, in qua subsidio -is ... latenti vitio serviatur (cf. 3 inclusi).

?reclūsio, -āre v. returo. ?reclūsūra v. vol. III 1327, 21.

reclūsus v. recludo. **reclūsura** v. regno. **Rey.**

recoāgulo, -āvī, -āre. a re- et coagulare. i. q. coagulare, spissare (sc. vi praeverbii parum perspicua): ORIBAS. syn. 5, 6 Ab et La p. 50 si intra lactantis mamellas lac -verit (-gol- La; gr. non resp.; respicitur σπάγγησις ut Cael. Aur. gyn. 110 congelato lacte).

?recobo v. recubo. **recocn-** v. recogn-.

recoc(u)o et recocustus v. recoquo.

recogitatio, -ōnis f. a recogitare. i. q. actio recogitandi vel id quod recogitatur, consideratio, contemplatio sim. (-o fit iterum, identidem e. g. l. 74. p. 378, 8; spectat ad futura l. 69. p. 378, 5, 7, praeterita l. 74. p. 378, 1, 4; iuxta ponitur cogitatio p. 378, 8, consideratio l. 73, recordatio p. 378, 4): **1 exempla varia (fortasse huc p. 378, 6):** RVT. LVP. 1, 21 (senex sibi; antea: iam brevi domum venies exspectatus) haec me in itinere -o prope confectum confirmabat (cog- Stephanus). DON. Ter. Eun. 848, 2 adulescenti primus metus adimit consilium, sed -o reddit confidentiam. Phorm. 154, 2 nota 'in mentem venire' veteres non recordationis causa tantum, sed etiam -is considerationisque posuisse. AVG. conf. 2, 1, 1 ego recolens vias meas nequissimas in amaritudine -is meae. **2 accedit gen.:** obi.: TERT. castit. 4, 2 haec ipsa humani consilii interiectio (sc.

I Cor. 7, 25), (quasi iam -em) excessus sui passa, statim (sc. *ibid.* 7, 28) se refrenat et revocat (i. om. cod. Agob., q. in -em cett.). adv. Marc. 4, 16, 4 (allato Zach. 8, 17, v. p. 379, 14) non modo vicem (i. talionem), sed etiam ultionem, etiam recordationem et -em iniuriae prohibet deus. HIER. in Ier. 3, 75, 3 qui aliena diripiunt et absque -e (cogit- edd. vet.) iudicii dei faciunt divitias. CASSIAN. conl. 4, 13, 1 emendatio solet procrastinatione (operis), et -e interveniente descendere (i. si ἀπὸ κοινοῦ). *subi.* (cf. pron. poss. p. 377, 74): AVG. civ. 15, 25 p. 113, 30 cogitatio ... eius dei et -o mutandarum rerum est immutabilis ratio (inde PROSP. sent. 157 [recordatio cod. unus]). quaest. euang. 2, 33, 2 unde hoc (Luc. 15, 17) scire poterat filius prodigus ..., nisi quia ista -o iam respicientis est?

recogitatus, -ūs m. a recogitare. i. q. actio recogitandi vel id quod recogitatur, consideratio, contemplatio sim. (-s fit iterum, identidem imprimis l. 32; spectat ad futura l. 24; iuxta ponitur prospectus l. 23): **1 exempla varia:** VET. LAT. Dan. 10, 12 (Tert. ieiun. 9, 3) ex die prima, qua dedisti, Danihel, animam tuam -ui et humiliationi coram deo, exauditum est verbum tuum (gr. διανοηθῆναι, cod. 177 [sec. rec. Θ' συνέναι] et Vulg. ad intellegendum. ad eandem visionem pertinet l. 26). TRACT. Pelag. 5, 3, 1 p. 117 quidam peccata necessitatis, non voluntatis esse praesentes in diversa crimina sine -u aliquo praecipites ruunt. **2 accedit gen.:** obi.: TERT. apol. 22, 7 rec. Φ ut daemones hominem (a -u) verae divinitatis avertant (i. rec. vulg. e cogitatu). anim. 6, 8 duo in unum corpora negavit philosophia, alienata a prospectu et -u praegnantum. ieiun. 7, 7 (respic. Dan. 9, 2 sq.) Danihel ex -u praedicatorum temporum ab Hieremia (sc. 29, 10) dedit faciem suam sine -u ieiuniis. 9, 3 cum Danihel (in -um), incidisset visionis (i. regi cogitatum trad.; cf. l. 15 et Dan. 10, 1 intelligentia est ... opus in visione). pall. 6, 1 sub cuius pallii -u improbi mores ... erubescunt. *subi.*: TERT. anim. 15, 4 deus ipse -ūs cordis in populo praevient (respic. Matth. 9, 4 cum vidisset Iesus cogitationes eorum. cf. resurr. 37, 5 [respic. Ioh. 6, 61] Iesus conversus ad -us illorum discipulorum). adv. Marc. 4, 43, 2 (respic. Luc. 23, 55 sqq.) haec, Os. 6, 1 sqq., ... in -u mulierum illarum volutata inter dolorem ... et spem.

v. L.

***recogito**, -āvī, -ātum, -āre. a re- et l. cogitare. NOT. Tir. 35, 60 -at. de notione: SYNON. Cic. p. 441, 23 reputat. reminiscitur. -at. respiscit. recipit animum. redit ad mentem eqs. GLOSS. II 309, 28 ἐπιλογίζομαι: -o. GLOSS. I Philox. RE 24 -at: ἀναλογίζεται, ἐπιλογίζεται (25 -at: ἀ, ἀναμνήσεται). sim. al.; cf. p. 379, 38. legitur in versibus non nisi apud PLAVT. et EPIGR. Bob. 57, 10, in orat. soluta singulis locis apud CIC., SEN. philos. AL., frequentius inde a VET. LAT., TERT. (plus 50^{ies}). [confunditur in codd. maxime c. cogitare, e. g. PS. AMBR. laps. virg. 41 VVLG. Ion. 1, 6 (restit. l. 50; e con. dub. AMM. 26, 5, 13; dub. trad. TERT. apol. 37, 10); loco lacunoso TERT. nat. 2, 13, 10.]

i. q. (rursus) cogitare (accedit iterum p. 379, 65 et EPIST. ed. Caspari 6, 10, 10 p. 146; iuxta ponitur e. g. cogitare l. 62 sqq. 69. p. 379, 49. al., excogitare l. 63, retractare p. 379, 1): **I vi praeverbii vigente respicitur actio denuo, iterum cogitandi, mente retractandi, in mentem revocandi sim.:** **A usu communi:** **1 deliberando secum:** **a absolute:** PLAVT. Capt. 51 homunculi quanti sunt, cum -o! 1022 in memoriam redeo, cum mecum -o (Gruter, cog- trad.; versum om. cod. A, secl. edd. multi). Curc. 375 cum belle -o, si magis me instabunt creditores, ad praetorem sufferam. Merc. 742 quom -o, nobis coquendast cena, non (quoi con)ducti sumus. Stich. 301 cum -o, qui era potuit scire haec scire me? SEN. dial. 7, 2, 3 quidquid dixi, cum -o, mutis invideo, (Gruter, in multis video trad.). VET. LAT. Tob. 3, 10 (cod. 109) Sara -bit (i. -vit) secum dicens (cod. 62 cogitaret, 143 iterum cogitabat; gr. et Vulg. aliter). Is. 57, 1 (Hier. ad l., sim. VVLG.) iustus periit et nemo -at corde (gr. ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ. cf. Ier. 12, 11 [Hier. ad l., sim. VVLG.] dissipata est terra, quia nullus est, qui -et corde [gr. τιδέμενος ἐν καρδίᾳ]). Luc. 11, 38 (cod. 3) Pharisaeus -ans intra se (gr. ἰδὼν ἐθαύμασεν, cod. 4. al. et Vulg. reputans, cod. 5 cogitare, sim. al.). TERT. anim. 18, 2 in -ando (rogit- var. l.; cf. Plat. Phaedo 65^E ἐν τῷ διανοεῖσθαι). AVG. serm. 32, 17 homo malus ... cogitat, -at, excogitat, ponit fraudem super fraudem (cf. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 17, 17 p. 375^C universis ... cogitandi et -andi constat inesse rationem [gr. διανοεῖσθαι καὶ προβουλεύειν]). al. **b cum praepos.:** de: CIC. ad Q. fr. 2, 2, 1 habet ... quiddam Sardinia adpositum ad recordationem praeteritae memoriae ...; sic tu mihi videris in Sardinia de villae forma Numisiana et de nominibus Pomponianis ... -asse. PS. SEN. mon. 66 cum de adulescentia filii cogitabis, de tua -a (-as var. l.). VET. LAT. I Cor. 7, 33 (Tert. pudic. 16, 20) innupti de domino curent, ... nupti ... de mundo -ent, quomodo placeant coniugio (gr. μεθ' ἑμῶν, cod. 75 cogitat, 78. al. et Vulg. sollicitus est). HIER. psalt. sec. Hebr. 72, 4 quod non -verint de morte sua (-verunt var. l.; Vulg. non est respectus mortis). super: HIER. in Ier. 2, 51, 1 (ad 8, 6 nullus est, qui agat paenitentiam) non -ant s. peccato suo. **c cum enunt. interrog.:** COLVM. 1

[Rey]

praef. 13 saepe mecum retractans ac -ans, quam turpi consensu deserta exoleverit disciplina ruris. TERT. apol. 7, 12 ut nemo -et, ne primum illud os mendacium seminaverit (adv. Marc. 1, 5, 5. *al. apud eundem*). 9, 17 quantum liceat eqs. 30, 2 quousque. 48, 5 -a, quid fueris antequam esses (spect. 27, 2. HIER. in eccles. 7, 9 l. 102 intra semetipsum -at auditor, q. dictum sit. VVLG. I reg. 25, 17). *al.* **d cum acc. obi.**: Ps. QVINT. decl. 19, 11 -anti mihi totum secreti illius ordinem (*sc. parricidii*) subit ... miseratio. VET. LAT. I reg. 15, 2 (Rufin. Orig. in num. 19, 1 p. 179, 21) -vi omnia, quae fecit Amalec adversum Istraël (*gr. ἐκδικήσω, Vulg. recensui*). Is. 43, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 1, 6) ne rememineritis priorum et antiqua ne -veritis (*gr. μὴ συλλογίζεσθε, Cypr. epist. 63, 8, 1 nolite reputare, Vulg. ne intueamini. cf. HIER. psalt. sec. Hebr. 76, 6 -bam dies antiquos [Vulg. cogitavi]*). Zach. 8, 17 (*ibid.* 4, 16, 3) malitiam proximi sui unusquisque ne -et (excog- *var. l.*; *gr. μὴ λογίζεσθε, Vulg. ne cogitetis*). Hebr. 12, 3 (cod. 78, *sim. VVLG.*) -ate ... eum *Christum*, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem (*gr. ἀναλογισασθε*). TERT. castit. 3, 1 alte et impresse -andam esse dico dei voluntatem. 10, 2 -emus ... ipsam conscientiam nostram eqs. adv. Marc. 2, 9, 2 quidam ... de graeco interpres tantant non -ta differentia nec curata proprietate verborum pro 'adflatu' 'spiritum' ponunt. test. anim. 5, 1 si quis -et maiestatem naturae, ex qua censetur auctoritas animae. uxor. 1, 4, 8 caelestia -a et terrena despicias. HERM. vulg. vis. 1, 2 haec me -ante et discernente in corde meo (*gr. συμβουλευομένον καὶ διακρίνοντος*). HIER. in Jer. 3, 10, 3 (*ad p. 378, 59*) nullus est, qui corde -et deum. *al.* **e cum acc. c. inf.**: TERT. anim. 9, 7 (*respic. gen. 2, 7*) -a (-at *var. l.*) ..., cum deus flasset in faciem homini flatum vitae, ... flatum illum in interiora transmissum ... esse. 56, 5 illud ... -ent, corpora eadem recepturas in resurrectione animas. adv. Marc. 4, 20, 12 (*respic. Luc. 8, 44*) mulier illud -vit, ... sanguinis fluxum in lege taxari. mart. 2, 1 si ... -emus ... mundum carcerem esse. monog. 16, 7 (*cf. Is. 22, 13 et Matth. 24, 19*) quidam adiciant tertium dictum: 'manducemus et bibamus' et nubamus, 'cras enim moriemur', non -antes 'vae' illud 'praegnantibus et lactantibus' multo gravius ... eventurum. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 19, 4 illi iudices ... nihil prorsus -ant (-antes *var. l.*, cogitant *ed. pr.*) se quoque a deo esse iudicandos (*Migne gr. 35, 961^A λογίζόμενοι*).

al. **f cetera exempla**: VET. LAT. gen. 6, 6 (Rufin. Orig. in Rom. 3, 1 l. 139) -vit deus, quia fecit hominem super terram, et paenituit (*gr. ἐνεθυμήθη ... καὶ διενόηθη, Vulg. aliter; explicat AVG. loc. hept. 1, 14 in graeco invenitur διενόηθη, quod magis '-vit' quam 'paenituit' significare perhibetur*). HERM. vulg. vis. 3, 1 (*nisi ad a.*) -ante ... me et maesto existente, quod anus non sivit me ... sedere (*gr. διαλογίζομένον*).

2 disputando cum alio: PASS. Torp. (BHL 8307) 1 Nero -vit cum suis, in quibus locis templum aedificaret (*ibid. iterum*).

B accedit notio animum quodammodo flectendi, ita ut tollantur vel in contrarium vertantur cogitationes priores: TERT. praescr. 44, 10 (*Christus loqui fingitur*) resurrectionem promiseram ... carnis, sed -vi, ne implere non possem. CANON. Turner II p. 12 rec. I si aliquis temptatus fuerit a desiderio mulieris, ut ... veniat ad eam, sin vero -verit et non fecerit, salvatus erit a gratia (*gr. aliter*). OP. imperf. in Matth. 11 p. 692^{extr.} -a bene, quod cogitaveras male et poenituisti, nam cogitationis peccatum contraria cogitatione dissolvitur. ORIG. in Matth. 17, 4 p. 589, 13 (*respic. 21, 28 sqq.*) postea filius -ans ad meliora se tradit quam profiteri videbatur (*gr. ἐκ μεταμελείας*). ser. 92 p. 209, 16 (*respic. 26, 39*) *Christus* dicebat quasi -ans: 'sed non sicut ego volo, sed sicut tu'.

II vi praeverbii minus vigente vel evanida respicitur actio intelligendi, cognoscendi (saepe in negationibus): TERT. apol. 2, 17 unde ista perversitas, ut ... illud non -etis, sponte confesso magis credendum esse quam per vim neganti? (*item cum acc. c. inf.*: adv. Marc. 4, 1, 10 cur ... non mundum ... -are potuisti ... *ex diversis substantiis* ... structum? resurr. 61, 4 non -antes ... causas necessitatis tunc vacaturas, ... famem et ... sitim. HIER. in Philem. 1 l. 167 *errat* non -ans vineam ... esse domum Israel, et *Christum eqs.* [*cf. psalm. 79, 9. al.*]. monog. 11, 4 (*respic. I Cor. 7, 39*) haec psychici volunt apostolum ... in totum non -asse, cum scriberet: eqs. (*item cum acc. obi.* [*cf. l. 56*]: adv. Val. 15, 1 nunc discant Pythagorici ..., unde materia ... substantiam traxerit ...; quod nec Mercurius ... -vit). VITA Anton. 42 p. 53, 15 iterum -emus et in mente habeamus, quia domino constituto nobiscum inimici nihil nobis faciunt ([*gr. 42, 4 διανόωμεθα*]). Ps. AMBR. laps. virg. 41 -a [*cog- var. l.*], q. multitudo sociorum impunitatem non facit criminum. VVLG. deut. 8, 5 ut -es [-etis, recogitis *var. ll.*] in corde tuo, q. ... deus tuus erudivit te. Is. 41, 20 ut videant et sciant et -ent [-ant *var. l.*] et intellegant ..., q. manus domini fecit hoc. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 2 l. 18). VVLG. I reg. 23, 22 (*loq. Saul*) -at David ... de me, quod callide insidier ei (*hebr. aliter*). CAES. AREL. serm. 131, 3 despicis pauperem et non -as, quoniam homo est sicut et tu.

appendicula syntactica: **1 absolute**: l. 47. p. 378, 49 sqq. *al.* **2 quid (quis) -etur, indicatur per**: *acc. obi.*: l. 65 sqq. 62 sqq. *al.*

acc. c. inf.: p. 379, 24 sqq. 56 sqq. (*epexeget. post acc. pron. demonstr. p. 379, 26 sqq. 56*). *enunt. secund.*: interrog. p. 378, 75 sqq. 379, 45. *al.*; quia p. 379, 36. 65 sqq., quod p. 379, 40. 72, quoniam p. 379, 73. *praepos.*: de p. 378, 66 sqq. 379, 72, super p. 378, 74.

deriv.: recogitatio, recogitatus (-ūs).

compos.: irrecogitatus.

Rey.

?recognātus: filius patris GLOSS. (*sc. adi. pro subst.*). *obscurum*; recogitatus Goetz in indice (*ut ad p. 386, 42 pertinere vid., cf. vol. I 1361, 7 sqq.*).

recognitio, -ōnis *f.* a recognoscere. [*confunditur in codd. c. cognitio l. 32, recordatio p. 381, 14 (in falsa var. l. Cic. Verr. II 4, 110).*]

significatur actio recognoscendi (saepe pendet gen. obi., sed subi. l. 14); -o fit: **1 recensendo, examinando, considerando sim. (numerando l. 28 sqq.)**: LIV. 42, 19, 1 quia per (-em, (se cogn- V) ... consulis magna pars agri Campani, quem privati sine discrimine ... possederant, recuperata in publicum erat (*cf. p. 382, 50 sqq. et GRAN. LIC. 28, 36 agri Campani rec(ogn)iti(oni) praepositus*). SEN. dial. 5, 36, 2 -em sui (*antea: consuetudo excutiendi totum diem; postea: speculator sui censorque*). COLVM. 11, 1, 21 (*antea: ferramenta ... recensere*) frequens -o (COD. Theod. 3, 30, 3, 7 ut *curator* vestes inspiciat f. re(cogn)itione incolumes). SVET. Claud. 16, 1 -e equitum iuvenem probri plenum ... sine ignominia dimisit (SCHOL. Pers. 3, 28, 3 in e. Romanorum -e trabeatus censorem ... salutas [4 cognitio]). TERT. apol. 19 frg. Fuld. 8 -o praeteritum (7 dis-punctio cotidiana saeculi). praescr. 33, 1 doctrinarum -em, quae tunc sub apostolis fuerunt. spect. 12, 1 illius ... spectaculi (*sc. amphitheatri*) ... -o. VLP. dig. 42, 5, 15, 1 utrum semel an ... saepius *rerum debitoris* -o et dis-punctio concedenda sit creditoribus. VET. LAT. num. 1, 22 (Aug. loc. hept. 4, 2. *al.*) secundum populos ..., secundum domos ... -o eorum (*gr. ἡ ἐπίσκεψις, Vulg. recensiti sunt. de eadem re: AVG. quaest. hept. 4, 2 -o ... fiebat, ut haec hominum milia computarentur [sim. 5, 9 l. 123]*). ARNOB. nat. 4, 32 p. 239, 23 (*antea: quod esse te sentias*) testimonio tacitae -is. PAVL. NOL. epist. 19, 3 p. 140, 10 in die -is (cogn- *var. l.*; *respic. ultimum iudicium ut*: 38, 7 -is dies. EVSEB. GALLIC. hom. 23, 8 -is examine).

2 agnoscendo, sc.: **a probando bona, laude digna**: VITR. 1 prooem. 2 (*ad Aug.*) *pro munere gesto* commoda accipi; quae cum primo mihi tribuisti, -em per, sororis (*i. Octaviae*) commendationem servasti; cum ergo eo beneficio essem obligatus, ut eqs. (*quid docti de loco existimaverint, v. e. g. apud Fleury, ed. 1990, 62 sq.; t. -e[m], p. Spoth in plagulis, ut etiam ad 1 pertinere possit*). ENNOD. opusc. 3, 12 p. 333, 26 adsentationes respuens in semetipso teste conscientia pro boni operis -e plaudebat. *huc fort. pertinet*: VIRG. gramm. epit. 15, 3, 6 (*de XII latinitatibus*) fann, hoc est -o (*antea: nobilitas ..., dignitas; postea: honor*). **b concedendo, confitendo peccata vel ea, quorum paenitet (nisi loci ad 3b pertinent)**: TERT. spect. 29, 1 quid ... iucundius quam ... veritatis revelatio, quam errorum -o, quam tantorum retro criminum venia? CASSIOD. hist. 9, 30, 6 (*Ambrosius Theodosio*) mens tua molem praesumptionis non agnoscit, sed forte -em peccati prohibet potestas imperii (*gr. Theodoret. 5, 18, 2 ἐπιγνώναι*). *vergit ad notionem paenitentiae*: CONC. I 2 p. 86, 22 longe est a paenitentia aut a -e eorum, in quibus blasphemavit (*gr. I 1, 3 p. 7, 7 τοῦ ... μεταγνώναι. item I 3 vers. Tur. p. 170, 30 [Rustic. repudiatione]*).

3 percipiendo, intellegendo sim. aliquid (sc. visu vel mente):

a ut iam notum (sc. vigente vi praeverbii): **α usu vario; recognoscuntur**: *animantes*: PLIN. nat. 11, 109 (*de formicis*) quoniam ex diverso convehunt altera alterius ignara, certi dies ad -em mutuam nundinis dantur (GELL. 5, 14, 14 quasi m. -e facta, *sc. inter leonem et Androclum [inde 5, 14 tit. -em inter sese m. ex vetere notitia hominis et leonis]*). RVFIN. Clement. 9, 36, 7 ut recognoverit matrem utque omnis civitas ... in eius -e gavisa sit. 9, 37, 1 audiens ... de -e patris. CAPREOL. epist. 2, 12 p. 857^B (*ad Ioh. 20, 15 sq.*) cum dominum *post resurrectionem* Maria minime cognovisset et ille proprio nomine appellandum viam illi -is aperiret. CASSIOD. Ios. antiq. 13, 168 p. 372 *olim vobis, i. Lacedaemoniis, epistula* missa est de vestra ... et nostra, *i. Iudaeorum*, cognitione (*v. 12, 225 sqq.*) ...; initio (*an initium?*) ... -is non credidimus nos primi facere, ne eqs. (*gr. τῆς ἀναγνωρίσεως. cf. 164 p. 371 ad memoriam amicitiae vel cognationis reducere*). *res*: TERT. apol. 41, 5 -e divinarum praedictionum. AVG. in euang. Ioh. 15, 1 (*antea: ut magis recognoscatis quam discatis*) non est cognitio, sed -o (mus. 6, 8, 22 talis c. [agn- *var. l.*], -o est et recordatio). ALC. AVIT. epist. 92 si, sicut me quibuscumque referentibus pascit ... *tui erga me* affectus -o, sic me rescriptio laetificet. **β tit. operis Clementis Romani (tam sing. quam plur.)**: HIER. adv. Rufin. 2, 17 (*item RVFIN. apol. Orig. epil. 3*) qui libri appellantur *Ἀναγνωρισμός*, id est -um eqs. RVFIN. Clement. praef. in graeco eiusdem operis, hoc est -um. Orig. in Rom. epil. l. 44 de -e libri (*cf. GENNAD. vir. ill. 17 -um libros*). **γ in grammatica**: PRISC. gramm. III 144, 7 definiuntur ... personae pro-
[Hillen]

nominum non solum demonstratione, quae praesentium cognitionem sub oculis ostendit, sed etiam relatione, quae absentium -em habet.

b ut antea ignotum (sc. *evanida vi praeverbii; hucine p. 380, 45?*):

TERT. nat. 1, 20, 14 patet ... vobis ... erroris inspectio et veritatis -o; damnate veritate, sed inspectam ..., et probate errorem, sed repertum. VET. LAT. II Petr. 1, 2 (cod. 55, *sim. al.*) gratia vobis et pax multiplicetur in -em, dei ([gr. ἐν ἐπιγνώσει. I. Rufin. Orig. in Rom. 8, 6 l. 131. *al. -e, cod. 51. al. agnitione, Vulg. cognitione]. sim. ibid. 1, 3. 8). PS. ORIG. in Iob 2, 34 l. 22 (*ad Iob*) qui te viderint, non videntibus enarrant, qui ... audierint his, qui longe positi sunt, istam -em tuam, insinuant ([sc. *de te perceptam*]). vergit in notionem q. e. *scientia* ut: THEOD. MOPS. in I Thess. 5, 6 p. 33, 23 [*antea: cognovistis ... veritatem*] ut -em sufficere sibi existiment, adicit: '...' [cf. p. 34, 7 remuneratos scientia]. CLAVD. MAM. anim. 1, 24 p. 84, 12 anima in -e (recordat- var. l.) sui fallitur, quia eqs. Hillen.*

***recognosco**, -gnōvī, -gnitum, -ere. a re- et cognoscere. scribitur -coc- l. 23 et CIL XVI 159 int. II 31 (a. 88), -conn(ū)um) CONST. veteran. 78 ext. 17 Roxan (a. 306), -usc- e. g. PAP. Tjäder 43, 6 (a. 542?). *abbreviatur recognoscend(is) p. 383, 44, recogn(ovi) p. 383, 26, re(cognovi) PAP. Tjäder 10-11 III 4 (a. 489), r p. 383, 37 sqq. (littera magna lineā transversā secta p. 383, 41, de qua v. etiam p. 294, 10 sqq.); p. p. p. recogn CIL XVI 4 ext. I 20 (a. 60). 17 ext. I 13 (a. 71). *al., recog ibid. 90 ext. I 17 (a. 144). INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 176, 2011, 249 (a. 248), recoc CONST. veteran. 398 ext. 13 Roxan (a. 144); v. et l. 16.**

NOT. Tir. 47, 85^b -it, -vit. 47, 92 -tum. *raro occurrunt formae pass. finitae, -tum habere CLAVD. DON. Aen. 7, 220 p. 35, 1. de notione: SCHOL. Cic. Gron. B p. 335, 3 cognoscimus nova, -imus vetera. GLOSS. -o: ἐπιγνώσκω. ἀντιβάλλω. -it: ἀναγνωρίζει, προσαντιβάλλει. -tus: ad cognitionem reversus. -tum: recensum. GLOSS.¹ I Ansil. RE 55 recensebat: -bat. 983 reminiscens: -ens. *sim. al. legitur inde a Cic., frequentius apud TERT.; rarissime in versibus, sc. VERG. Aen. 8, 721 Ov. met. 11, 62 fast. 1, 7. 4, 418 PAVL. NOL. carm. 20, 142 COMM. apol. 796 MAR. VICTOR. aleth. 2, 195. [-gn- servato: raet. occ. (Engadin) arcognuoscher, or. rikoñose, hisp. vet. reconõscher, port. reconhecer; -gn- in -n- mutato: it. riconoscere, sard. centr. rekonnoskere, francog. reconnaître, prov. vet. reconosser; fort. recompos. aet. rec. sut. cat. reco-, regonêixer, hisp. reconocer. cf. M.-L. 7126. Cortelazzo-Zolli² 1364 sq. Wartburg X 155 sqq. Coromines II 873. Corominas-Pascual II 176. Machado³ V 53. Schd.-Cr.] [*confunditur in codd. saepius c. cognos- cere, e. g. DECL. in Catil. 57 Ps. CYPR. pasch. 19 IVST. 43, 4, 11 VEG. mil. 2 praef. 3 (restit. Liv. 42, 9, 7; e conii. dubia e. g. Cic. Verr. II 5, 23); loco non sano VAL. MAX. 8, 11 praef.]***

